ne panis in deserto tentaret, qui Elaum in opulenta
domo, inter varia cibariorum genera in certamine de
coitione rufa dicitur?

Nec obstat Christi responsio; nam de fide & spe in
Deum reipondere potuit; quia ad grauius malum
perfidia, quam gula tentatio tendebat. Rectissime
vero de gula tentantem reicit. Quasi dicat. Nihil o-
pus est hic Deum tentare, aut lapidum metamorphosi fide, &
elephantem querere, viuam de omni quod Deus decreue-
rit. Deo cura erit mea temperantia, non sum morte
impatiens, nec profani imitator Esau. Eodem ergo
cleyope vtrunque telum Christus reicit: nam se in
Deum sperare ostendit, cuius potentia non sit pani
alligata, & superesse sibi tolerantiam ad inediæ sa-
tientiam quam diu Deo visum fuerit, fortiter, hilareque
ferendam. Itaque viuere hominem dicit ex omni verbo,
בְּלֹא כָּל מִזְרָחָ פִּי יְהוָה, super omni quod egreditur
de ore Dei, hoc est, quocunque hominem Deus vitam
propagare iusserit, id illi panis instar est, Deut. 8.3. De
omni homine scriptura loquitur. Non agitur hic de
verbo Dei, seu doctrina sacra, sed decreto Dei, à cuius
natu vita pendet, & qui creaturas quas fecit, sustentat.

§. 3. Hic etiam occasionem calumniandi Caluinus
veritatem Satan arripit. [Vnde etiam colligimus, Papi-
stas, quasi facta cum Satana pactione, animas crudeli-
ter exponere eius libidini ad interitum, quum Scri-
pturam maligne suppicientes, Dei populu spoliant
suis armis, quibus solis salutem suam tueri poterant.
qui vero armaturam istam sponte abiiciunt, nec scilicet
Dei schola assidue exercent, digni sunt qui singulis
momentis à Satana iugulentur, qui se inermes pro-
dunt. Nec sane alia ratio est, cur tam importanter gra-
fetur Satan, & passim tam multos abripiat, nisi quia
eorum

Tentator
occasione
vobis acc-
edit.

“ eorum ignauiam & verbi sui contemptum Deus vlc-
“ scitur.]

Debuit scripturarum impius interpolator, depravator, & mutilator nobis hoc conuictum facere, ut scripturam supprimere videremur, cum tamen eius legitimus usus sit apud nos solos.

Nos vero quomodo sumus se ipturam *supprimere*? quam tot *vbique* modis proferimus & expl. camus? Docemus quotidie ex scriptura pugnare cum Satana. Monemus nos *sa* arma ex i*o* queri *sibi* patiantur, vt quibus legi *debebant*, illis ipsi *sug*alentur, dum *arma* tractare nesciunt. Trones huius militiae si ne campiductore, in aciem descendere periculosem ducimus, nec suis a spicis arma imperite mouere, hoc suo proprio sensu scripturis abuti, permitimus. quod nec improbare Calinus potest, qui se *Bucerum* securum esse profiteret in *Enang* liorum expositione, & hunc à *terribilis* adiutum. Si igitur illi non *suo* sensu, sed alieno adiuti *haec* arma tractant, cur nobis idem non licet? Quod si de illis agamus, qui scripturas de fide- liū manibus excutunt, haud facile per nicosos & que inueniemus, atque illi sunt, qui errorem sacris scriptis o- pribus tribuant, quique parum *estimant*, si modo pere- grino tractentur. Calinus id parui fecit, statuta Ge- bennens, pag. 12. 13. edit. 1562. *vitia* ministrorum *inte-* *tolerabili* quādām recensent, vt *ludos*, & *chorae*; alia *tolerabili*, adhibita *correctione* *fraterna*, qualia esse dic t: *pe-* *regrimum* *scriptura* *tractanda* *modum*, qui *scandalum* *pa-* *tria*. Hoc si in ministro tolerabili est *vitium*, quid erit in idiota? Quomodo obuiam ibitur *dæmoni*, modo, quo non est *vitus* *Ch*. *istus* aut *Ecclesia*?

VERSUS 5.

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei; Si filius Dei es mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus suis portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

QVÆSTIO I.

*An Christus re ipsa fuerit in sublime exaltus
a Satana?*

¶.1. **E** Odem argumento vtuntur, qui a iunt, quique negant. Indignum est Christi na estate à Dæmoni peraera vehi, indignus videtur Domini sensibus illudi, vt in eremo confitens, super templi pinna-culum, vel montis verticem sibi locatis videretur: Minus est enim à Satana ferri, quam eius præstigiis obnoxium fieri. Mihi omnino Christus & in mon-tem, & super pinnaculum re ipsa collo catus videtur: nec assentior auctori de virtutibus cardinalibus, qui alter existimat. *A multis ambigitur utrum fuerit hic translatio corporalis: & si de loco in locum Christi transfigurari permisit, eo modo quo Abacuc de Iudea in Chaldaeam translatus est: & Philippus de Azoto in occursum Eunuchi, qui reuertens de Hierusalem, non intelligens Eiam, codicem reuolebat.* Sed quod corporaliter eum diabolus tulerit, videtur inconueniens: quod humeris eius Salvator insederit, & pro vehiculo usus sit quem precipitatem sciebat, ne et ferendum se commis-serit, cuius insidias agnoscet. *Suo itaq; spiritu eum creden-dum est daturum, & in desertum, & super iuniperum, vt vir obi-egum diabolus assumeret ad tentandum. Et si calix quidem in deserto primo sunt tentatio; sed catereas eo modo circumduxit*

Adam Conzen in Euan, Tom. I.

tentatoris astutia, vel circumduci passa est patientia Salvatoris, quo modo Ezechiel cum super flumen Chobar foderet, Hierosolymam raptus in spiritu ciuitatem adspicit, & metitur, & muros, & templum inauratur. Hoc modo super culmen templi Christi erat in spiritu; sciens quid antispiritus affectaret, & bofisse de vanagloria pulsaturo opportunatatem parabat. Hac ille vel Cyprianus, vel auctor sanè veterius.

§. 2. Dicitur translatus, & locatus super pinnaculum *ἀργόν*, Syriac *תְּבִזָּה*, quod non est signum, templo persuale nostris in turribus, cum plana tecta Palæstino-bolus tecti rum aedes hecat. Ut vero huius tentationis occasio fuit, grauitasque intelligatur, historia & descriptio templi cognoscenda, quæ huic rei est necessaria. Altus templi erat 120. cubitorum Ioseph 1.8. c. 2. antiqu. Deinde cochlea erat, quia in superiora ascenderetur, muri crassi undinæ inclusa, ut refert Iosephus eodem loco. Tectum erat è ligno, sed auro tecto. In summo autem, inquit Ioseph 1.6. c. 6. aureis verubus horrebat acutissimis, ne ab insidentibus aubus pollueretur. Huc igitur Christum deduxit Satan, ut vel eum vanæ gloria, ad Deum tentandum induceret, aut ad desperationem adigret. Erat enim in extremo periculo, humanitus loquendo Christus. Descendere per cochlæ non poterat, se extrum ferroque manitam. Si maneret, fame moriendum videbatur; si per ambitum seu peribulum prospiciens, illis qui in subiecta area veſtabantur se ostenderet, non minora se pericula offerebant: iudicio enim sistentibus erat, vbi quæreretur; quis esset? quomodo consenseret, quo fine, quo proposito? suspiciones incendiiorum, furtorum, profanationis templi, minimum hoc effecit, ut ad dirissimas quæſiones admoueretur. Si à diabolo se adductum fatetur, tanquam magus & veneficus cremaretur. Hæc omnia tum proponebantur, & ex se perspecta erant. Hinc tentator domino, ut putabat, in extremo discriminis posito, omnes nervos intendit, ut eo adigeret, ut leſe precipitaret, vel a Deo querendus, vel fane questionum tristissima vitaturus; ut eo modo *ανάρχεια* faceret.

Quamvis hoc dissimulat, de sola fiducia in Deum verba faciens. Quasi illudat & dicat. Tanta in Deum est fiducia, ut ex omni verbo Dei te vivere posse iudes, persta in ea sententia, & te præcipita; quia scriptum est. Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollente. Tam poteris in lapsu sustineri ab angelis, quam absque eis vivere. Et dura te necessitas cogit, hic mactant fames, & mortis; illuc deprehensio examen, contumelias, cruciatus. Hæc erat futura, nisi Christus Deus fuisset, efficax tentatio, cum enim hominem anxiū dæmon agreditur, facile in parte in aliquam trahit.

§. 3. Mitte te deo sum, inquit, *Sæpe* proice, in hebreo est, animam tuam, senum Euangelistū reddidit. Insigne documentum, quomodo occurrendum illis sit, qui scripturā ad perfidiam, aut sceleris abutuntur. Psalmo 9.11. scriptum est. *Quoniam angelis suis mandauit de te, ut custodian te in omnibus viis tuis, in manibus portabunt te, &c.* Ex ea fideles concludunt, in vita nostra, propteris, aduersisque in Deo sperandum, in eius nos tutela esse. At Satan aliud confidens statat; in media pericula, in gladios, & signis illa se prælumptione vnumquemque iactare posse. Pie igitur, pureque scriptura tractanda est; non minora namque prava eius interpretatio, quam ignoratio mala peperit. Nec audiendi heretici in perniciem suam elegia Dei torquentes, sed ex vera scripturā intelligentia respondendum est. Hanc confidentiam imitantur heretici à tentatore mutuati, facetur hoc ipsum Bullingerus in hunc locum. [Cæterum grauissima hac tentatione, multum hodie Ecclesiam vexat atque conturbat Satanas. Nam antequam illuxisset mundo Euangelium, in Papismo vexatum maiores nostros *antiqui*, nunc vbi hæc per fulgorem euangelii dispulsa est, posteros valinducta, de affligit in felicissima *Æra*, quam & scripturis firmores, dem habes, filius Dei es, liberatus à peccato, morte & pit. *vlla* cures bona opera, quibus neque eger Deus, neque iis vitam eternam concedit. His addit multa evidencia scriptura loca, que ut maxime Dei bonitatem erga nos commendant, quæ admodum &c in Psal. 91. fieri videmus. Interea tamen confidentiam non tradunt. Huic tentationi similis est & illa, si electus es prædestinatus Dei eterna, certissime saluaberis, vt ut te in hisce terris geras: neque electionem illam vllis impletabis operibus. His subiunguntur testimonia, Ego cognosco oves meas, & has nemo rapiet de manu mea. Non est volentis, neque currentis, sed Dei misericordia. Hisce multos in eam securitatem inducit, vt de sua salute nihil solliciti in utramque aurem dormiant, fideique libertate pro suis abutantur, non fideles iam, sed homines prorsus confidentes, tandem & Epicuri de g. e. porci.]

Hic fructus est noui Euangelii, quod ignorarunt Patres nostri. Par omnino est confidentia eius, qui se de angelorum adiutorio certus ex alto præcipitat, & illus, qui iustitia, ita Dei, salutis secuus sceleribus indulget. Imo grauior est fiducia in securitatis culpa: Sibi enim non modo ad flagitia animos facit, impunitatis *antiqua*, & certissima persuasione, sed magno etiam impetu aliostrahit.

VERVS 8. 9. 10.

Iterū assumpit eum diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.

Tunc dicit ei Iesus, Vade Satana, scriptū est enim, Dominum Deum tuum adorabis: & illi soli seruies.

QVÆSTIO I.

Quomodo ostendit?

§. 1. Difficultatis ratio ex Luca ostendit: qui ait omnia ostensa ēt *scriptū* *Ævū*, in momento temporis, quare putant vel imaginationi eius impressissi, vel oculis obieciisse, ut uno momento cum ea cerneret, nec regna modo, sed gloriam eorum: Caluinus factū esse Dei dispensatione, ut Satan illi oculis stringeret, alli in speculo, alli alio modo factum arbitrarentur.

Quod momentum seu *scriptū* appellat Euangelista, non opus est de tempore indubio Mathematis, & subtilitate accipere, sed morali breuitate, eaque quam maxima. Sic enim latini loqui confuerunt.

Quid enim? concurrunt, hora. Momen-
to citius venit, aut vitoria leta. per breu-
tempus la-
sor, sole, calidus
nus h
re ex-

Omnia regna mundi & plaga, & regna demonum, Hinc Romanum opes, classes, exercitus, hinc regnum Persicum. Indicum, & quam paucissimis verbis exposuit, breui tempore. Hec promittit: si cadens adoret, iam palam ad scelus hortatur, ut si faciat, Christum esse non credit: Si renuat, quasi telis suis inuulnerabilem deserat. Cui Dominus iam plane vitor responderet: *Vade Satana: alia exemplaria, quæ habent; omnia me, post me, incorrigitora sunt, aliunde hoc translatum est.*

QVÆSTIO II.

An illis verbis: Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruies, excludatur cultus sanctorum?

§. 1. Dicit. 6.13. Non est particula, *μόνων* *soli*, Christus interpretatus est in eum modum, ut perspicua efficit refutatio. Hinc omnes, ut Caluinus l. 1. c. 12. §. 3. instit. Et quoniam Christus Satana in insulatum repellit hoc clypeo, *scriptum esse Dominum Deum tuum adorabis*, non veniebat nominatum in mentem latra, Satan enim non nisi *προσωνύμιο* exigebat.

Bezo non nisi duplum cultum agnoscit, ciuilem, *Cultus* & religiosum, neutrum conuenientem sanctis.

Res quidem clara est, & rem facile verba sequentia. Honor, cultus, adoratio, alia religiosa est, vni soli sacerdoti. Deo, primo omnium principio, omnium fini ultimo conueniens, nulli creature, quantumvis insigni, conueniens. Is honor si cuique defatur alteri, sacerdos idolatria est: non damnatione modo, sed *tristitia* mortis temporaria plectendum. Alius honor, cultus, adoratio, est ciuile, quæ viro forti, bene merito; patri, patre, nulli creaturæ, & in rebus humanis eminentiam. Et hac nisi quidem in re inter nos cœnunt. Nos vero aliud genus honoris, cultus, adoracionis agnoscimus, ab utroque diuersum. Cum creaturam quampiam colimus, adoramus, honoramus non ob ciuilem aliquam excellenteriam, sed ob gratias, & dona supernaturalia. Sic enim in sanctis, frequenter prophetas, & viros sanctos magno honore prosequimur, ob magnas Dei dotes, quas in illis relucere videmus. Honor ille diuinus non est, defertur enim ut creaturis, ut seruus Dei. Ciuilis non est; non enim in illo spectatur dignitas politica, sed spiritualis. Itaque sacerdos alicui loquatur, honorare illum licet, nec tamen honor est ciuile, Dei vnius honorem *προσωνύμιο* vocamus, ut Aug. in Epist. ad Rom. aliū vero sancti distribui solitum *προσωνύμιο*, & interdū eius partem *προσωνύμιο*; non quod nō & *προσωνύμιο* creaturis dicatur, & *προσωνύμιο* Deo; sed quod ea sit in Ecclesia consue-

tu

tudo loquendi, ut ex Augustino docetur in c. 1. ad Rom. Perspicuum igitur est: Veneratione sanctorum atque angelorum a nobis non peccari; quia nec adoratio nem Deo debitur, nec servitutem sanctis exhibemus.
Ad litterat. à Nec est sophisticum commentum, ut Calvinus obicit: quia scriptura docet a sanctis & Deum, & homines adoratos, magna sine dubio differentia adoracionis.
Scriptura & homines adoratores, magna sine dubio differentia adoracionis.
Duo & hoc gen. 23.7. & 27.29. & 33.3 & 49.8. 2. Reg. 14. 4. & 16. 28. & 42.21. & 3. Reg. 1. 16. a iter ergo scriptura verba intelligenda: sunt, cum dicit adoratum Deum, aliter, cum regem. Tamen enim flagitium est, regum honorem tribuere Deo, quam Dei, eis.

Obiicit tamen Caluipus. At qui si incola illa verborum distinctione reiecta Christus ἐγένετον etiam vni Deo vendicat. quo commonetur, res potius quam vocis rationem esse habendam quories agitur de cultu Dei. Scripturā Deum vnum colere iuber.

Verissimum est sane vnum Deum colendum, sed
culture religioso, seu cultu Dei; parentes, & magistra-
tus & amicos Dei sanctos alio cultu afficimus.

Hi vero ipso dæmonie obnitione Caluinus apparet, ille certe, Caluinus constanter obnitione contra veritatem, Christus ἐγενόντος vni Deo vindicat, non omnem, sed eam, qua personæ adoratae sumnum, independentesque dominium agnoscimus. Talem sibi arrogabat diabolus, vel ipso Calu no teste. Nam etsi omnia nostra praesidia, opes, commoda in Dei benedictione constituiimus: tamen nos subinde & pellicium sensu nos demoni distriat querenda Satana subtilia, ac si vnu Deus non sufficeret. unius honoris. Bona autem mundi pars Deo ius & imperium terra abducans, ne exigit. Satanam sibi singit bonorum omnium datorum. Vnde enim sit vi malu attributus, & rapina & fraudibus fere omnes se adducant, nisi quod in Satanam transcribunt quod Dei proprium erat, sua benedictione ditare quos vñsum est? Ore quidem panem quotidianum dari sibi a Deo postulans, sed ore tenus: quia Satanam prefigiunt distribuendis totius mundi diuinitatem.

Satan igitur tanquam Deus προσκύνησον adoratio-
nem postulabat, non ut seruus, non minorem latra,
sed aequalem Deo, si Caluino credimus. At vero προ-
σκύνησον nō soli Deo tribui, sicut nec Hebraum πατέρα
aque in eae re grauissime Caluinum labi, mihi facile
est docere, Gen. 19.1. Lot προσκύνησον pronus in ter-
ram. Gen. 23.7. προσκύνησον τῷ λαῷ & 37.6. & 3. Reg. 1.
16. & 1. Reg. 1.2. & 14.4. & 18.21. & ibidem 28. & 24.20.
1. Par. 21. 21. 2. Par. 24. 17. Illa vero προσκύνησον verita
non fuit, quia omnino alia fuit, ab hac, quam Luc fer-
à Domino ex. git. Hæc de vero sensu huius scripturæ
Augustini sententiâ definienda relinquo. Is q. 61. in
Gen. Excurgens autem Abraham adorauit populum terra.
Quaritur quomodo scriptum sit: Dominum Deum tuum ad-
orabis, & illi soli seruies: cum Abraham sic honoraret popu-
lum quendam gentium, veritatem adoraret. Sed animaduerran-
dum est in eodem precepto, non dictum Dominum Deum tuum
solum adorabis: sicut dictum est, Et illi soli seruies: quod est
Grace λαοὶ σαραπεῖς. Talem enim seruitus non nisi Deo debetur.
Vnde damnatur idololatæ: id est, eiusmodi seruitutem exhibi-
entes idolu, quæ debetur Deo.

Videatur idem de vera religione, c. vltimo.
§. 2. Duo Piscator his in verbis mouet; primum
contra Pontificem, quem ait esse filium diaboli, quia ado-
ratur, alterum contra adorationem carnis Christi, hoc
ad Lutheranos praetice pertinet.

alis vnio diuinae & humanae naturae in Christo, non tollit, aut confundit earum proprietates, sed saluas relinquit. Est autem adorabilitas non minus proprietas deitatis, quam omnisciencia, omnipotencia, omnipresencia, eternitas. Adorandus est igitur Deus manifestatus in carne: sed caro eius adoratur non est. Sic ut ciuiliter adoratur rex in capite gerens coronam vel diadema, ne c sceptrum adoratur. Et pium demum Christum adorare sic leguntur, quum cognoverunt eius deitatem: ut testantur haec exempla: Caeccinati Ioh. 9. v. 35. 36. 37. 38. Petri, Luc. 5. v. 8. Illotu qui viderant lesum ambulante super mare & illud tranquillante, Mat. 14. v. 33. Sanctarum mulierum quae ipsum quasierant in sepulchro, Matth. 28. 9. Apostolorum congregatorum in monte, quum Christus eis valediceret, ibid. v. 17. Thomae videntis cum post resurrectionem, Ioh. 20. v. 28.]

Hæc Piscator miscens vera falsis; Vbi quitos tamē valide oppugnans, qui naturas imperite confundunt. De adoratione humanitatis dixi c. 2: cum de adoratione magorum tractarem. In eo enim erat Piscator, quod carnem vti coniunctam in proprio adorati negat. Recte vero Vbi quitos oppugnat, qui ad Christi maiestatem pertinere arbitrantur, carnem Christi deificatam, omnipotentem, eternam, reali attributorum diuinorum communicatione mutatam adorare.

§.3. S. Augustinus contra Maximin. Arian. l. 3. c. 13:
Hoc ex loco Arianos reprehendit, qui cum dicerent Arianis
patrem maiorem, filium minorem Deum, eum tamen Christum
adorarent. Cum vero non sit dictum, soli sapienti patri: sed adorabant,
soli sapienti Deo. & Deus unus sit ipsa trinitas, multo est faci- Deum ne-
lior nobis huius solutio quoniam: *Et sic intelligamus solum gabant.*
Deum sapientem, sicut intelleximus solum potenter, id est pa-
trem & filium & spiritum sanctum, qui est unus & solus
Deus, cui soli seruire iussi sumus: ne male intelligentes, vel po-
tius non intelligentes, contra hoc preceptum faciat videamur;
quia & Domini Christo ea quae Deo debetur seruire seruirum;

Cum enim Ariani filium interdum Deum dici catabhest, ob sanctitatem, interdum creaturam dicent, aliquando creaturam negant, ut creatura sunt creaturae, tamen adorationem illi tribuebant, & latrariam, qualis vni & soli Deo conuenit. Itaque sibi ipsi repugnabant. Cur vero Christum adorandum esse concederent causa fuit, quod in scripturis, ita manifeste adoratur, ut negare non possent.

Eodem etiam c. 3. repetit. Signanter autem semper ea sola seruitute non debere seruire filio, quæ soli Deo debetur, si filius non est Deus.

VERSUS II.

Tunc reliquit eū diabolus: & ecce an-
geli accesserūt, & ministrabant ei.

Q V A E S T I O I.

Quod ministerium angelorum?

§.1. **V**ictori gratulantur, & plaudunt, ministrantes *Angelorum*
aspe**c**tibili forma, dapes adferunt, alia exhibi- *ministeria*
-bent obsequia, non quod ille alieno ministerio ege- *non necissi-*
-re, sed quod obseruare Dominum illi debebant. *cum tati, sed ho-*
-enim omnia humana solertia decesserit, Deus caelestes *nori mis-*
-illi ex*erc*itum misit, ex quo etiam constat, ante in ipso *sum;*
conflicto angelos abfuisse, vt solus ipse vinceret. Ma-
-gno solatio hoc omnibus fidelibus est, quibus dicitur,
refuisse diabolo, & fugier a robi*s*. Iacob. 4.

VERSUS 12

Cum autem audisset Iesus quod Ioannes traditus esset, secessit in Galileam.

QVÆSTIO I.

Quando. & cur secessit?

Ioannes nō §.1. Non continuo post victoriā de tentatione statim in reportatam Ioannes coniectus est in vincula. vincula cō-
iectus est.

Nam alia intercessiſſe constat ex Ioan. 1. 2. 3. 4. Venit enim ad eum Iesuſ, deinde accepto testimonio colligit discipulos, Andream, Petrum, Philippum, laudat Nathanaelē, interest nuptiū, ascēdit Ierosolymam, veidentes eūcū, simul cum Ioanne docet, & per discipulos baptizat. Ioan. 3. 22. Post haec venit Iesuſ, & discipuli eius in Iudeam terram; & illi demorabatur cum eis, & baptizabat. Era autem & Ioannes baptizans in Enō iuxta Salim; nondum enim erat Ioannes missus in carcerem. Tum vero vel admiratione, vel æmulatione discipuli Ioannis monuerunt, plures à Iesu baptizari, omnes ad eum venire. Itaque tum demum Ioannes est coniectus in carcerem, cum Christus iam miraculis claro perfectum testimonium dedit, neque est vīla Euangelistarum dissensio, vt accurate docet S. Augustinus lib. 2. de consensu Euangelistarum c. 17. & 44. & 45.

§. 2. Causa cur Christus secesserit Dominus, apud Ioannem exprimitur 4. 1. *Vt ergo cognovit Iesuſ, quia audierunt Pharisæi, quod Iesuſ plures discipulos facit, & baptizat, quam Ioannes, (quamquam Iesuſ non baptizaret, sed discipuli eius) reliquā Iudeam, & abiit iterum in Galileam. Odiū inī- Causa igitur secedendi, fama apud Pharisæos vulga-
ta, ex ea enim odium, inde calumnia, & apud Herodem accusatio. Nam Ioan̄em oderant; dicebant enim, *demonium habet*. Cum vero Herodē falsum se-
uitiū suā p̄t̄extū obtinēſſet; Ioannem idcirco
cæſum, quod seditionem moueret, cotiōne populi
ad se facta, facile poterat id crimen in Christum etiam
torqueri, vt ad quem maior concursus heret, itaque
Christus non timore, sed prudentia cessit inuidiæ, ne
occasio sumpta cum cum Ioanne cospirasse in re-
gis perniciem calumniaretur, p̄t̄extum cum Ioan-
nes dixisset; oportere Christum creſtere. Seminiū, Christum
desursum esse, de cælo venisse, quia apud Iean. c. 3. v. 28. &
seq. leguntur. Seditionis vero p̄t̄extum sceleri fuisse
adhibitum constat ex Iosepho 1. 18. ant. c. 7. postquam
enī narravit Herodē exercitum ab Arce interne-
cionē fāſile deleūtum: subiungit apud Iudeos autem fuit
opinio, iusta vītōne numinis, deleūtum Herodē exercitum, pro-
pter Ioannem, qui Baptista cognominatus est. Hunc enim te-
rra neceauit virum optimum, Iudeos excitantem ad virtu-
tum studia, & in primū pietatē ac iſtitū, simulque ad bapti-
ſmū, quod ita demum Deo gratum aiebat fore, si non
ab uno tantum altero peccato abſineant, sed animis per iu-
ſitiam prius mandatis addant & puritatem corporis. Quinque
magni concursus fieren plebei tali doctrina auida, Herodē ve-
ritus, ne tanta hominis autoritas defecionem aliquam pare-
ret, quod riderentur nihil non facti ex eius consilio, indicauit
satis esse, prius, quam noui aliquid exoriretur, illum tollere,
quam rebus turbatis, seram penitentiam agere, itaque vīctum
missum in Macherūnē supra dictam, illuc occidi imperat,
nā ob Ioan̄- quod factum sequitā est Iudeorum existimatio, ab Itrō Deo
nū necem. perditum esse Herodē exercitum.*

Falsum autem fuisse p̄t̄extum, hoc facile ostendit, quod Christum nā ora facientē, & multo plu-
res trahentem contempsit, nec infidilius est, nec cum in potestate habet, qui cū aduersi intulit, præter ierisonem. Vītū itaque olim erat artificium p̄ios
Dei & delesque ministros, quorum vita, doctrinaque
improbis moribus aduersabatur, cum aliter refuta-
re non posset, tumultum & maiestati: accusare.
Quod vītū in telum est violentissimum contū
inocentiam, & non acala acuta, astu, & dolo saevis,
qui hodie in Catholicos, maxime Societatem Iesu,
sevunt.

VERSUS 14. 15.

Vt impleretur, quod dictum est per
Isaiam prophetam. Terra Zabu-
lon & terra Nephtali via maris
trans Iordanem, Galilæa gentium,
populus, qui sedebat in tenebris, vi-
dit lucem magnam, & sedentibus
in regione umbra mortis lux orta
est eis.

QVÆSTIO I.

An recte citatus Isaias?

§. 1. Magno imperio in nostrum veterem interpre-
tem nouatores, & in Euangelistam infideles
irunt. Isaie 9. 1. ita est in veteri interprete. Primo tem-
po alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephtali, & noui-
fimo aggrovata est via maris trans Iordanem, Galilæa gen-
tium. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam,
habitantibus in regione umbra mortis, lux orta est eis. Verba
ita apud 70. inueniuntur expressa, τέτοι πεντον ταχ-
νε, ταχνεστι, ταχνε Zabulon, η γη νεφθαλη, ταχνει λο-
ντη την ταχνειαν, ταχνεστι την ιονιαν, ταχνει λατινα την εδων,
ο λαος ο ταχνηιος ο ταχνειος, ειδε φασ μεχα, οι πατεκεν-
της οι ταχνειοι οι ταχνειοι, φασ λαδην, ει οι ιουας.

Hoc primum velocior bibe, & velociter fac, regio Zabulon,
terra Nephtalim, & reliqui maritimani (habitantes,) &
trans Iordanem Galilæa gentium.

Chaldaeus Interp̄tes omnino aliter, dum explicare
rem studuit, inuoluit. Primo tempore transmigraverunt,
cum terra Zabulon, & cum terra Nephtali; & qui reman-
serunt ex eis, rex fortis eos abducet in captiuitatem, eo quod
non sint recordati potentia que facta est in mari rubro, &
miraculorum que facta sunt in Iordanē, & bellicositatem po-
pulorum. Populus domus Israel, qui ambulabat in Aegypte
sicut in tenebris, egressi sunt ut viderent lumen magnum: Ha-
bitantibus in terra umbra mortis, lux orta est eis.

§. 2. A nostro Interpreti hodierna Hebreæ diffe-
runt, quod vītā capitis p̄cēdētis, Et non poterit
auolare de angustia sua, cum hoc capite connequant,
quod tamen mouere nos minime debet. Latinus e-
nī, Græcus, Chaldaeus aliter distinxerunt, & olim
nō distinxionē nullæ erant. Vatibus ita verit.
Tempore primo, ab eo qui alleuiare fecit terram Zabulon, & Nulla se-
vltimo ab eo qui aggrovati fecit viam maris, trans Iordanem, suum est
gel gentium. Eit quidem לְבָנָן alleuiavit, & בְּבָנָן veritas.
aggrovati fecit, non tamen difficulter mutatione pun-
ctorum, vel commoditate versionis, cum sensus idem
sit, dicere nō potuit, aggrovata est, pro eo quod in
hebreo est, aggrovare fecit, cum ille loquendi modus
non sit in lingua latīna, in qua hiphil non habe-
mus.

§. 3. Ceteræ parui momenti sunt differentiæ. In
propheta est ambulare in tenebris, apud Euangeli-
stam federe, eadem re commorationem Hebrei si-
gnificant, & hoc quidem loco inagnam calamitatem,
in qua versabuntur.

Via maris trans Iordanem, est via qua ex mari mediter-
raneo proficiscuntur ad mare Tiberiadis, quod nomi-
ne maris hic est intelligendū. trans Iordanem Syrus ver-
tit, Transiō Iordanū, Hebræum ταχνε, quemadmodum
Græcum πέντον, quod hoc loco vītāpatur, ει & vītā
lignificat, & in vītāq; littoris regione Christus docuit,
sed præcipue in ea parte, in qua Galilæa fuit. Loquitur
tamen

tamen Propheta veteri more, quo vsus est Moses. Ille enim ex Egypto veniebat terram filii IsraeI promissam, semper autem trans Iordanem, cum loquendi posteri retinuerat, ut cibis terram suam dicentes trans Iordanem, cum tamen ipsi esset *et in Iordanem*. Eo plane modo quo Galli & Germani dicimus nos esse trans Alpes, quia olim Romani suis suis respectu has regiones trans Alpes, & Transalpinas esse dixerunt.

primo Christum accessisse, deinde Petrum duxisse. v.
37. Et conuersus Iesu videt eos sequentes, & quarentibus y-
bi habuit ariet. Responde: Venite & videte: & manufructu die al-
li apud illum, et aetatem horum quasi decima, inuenit autem
Simonem Andreas, & adduxit ad Iesum.

Hæc vocatio non fuit propria, nec enim nisi illa die Euangelista manserit apud Iesum, sed altero die ad nauigia redi- conciliari- runt, ac tum ita vocati sunt, ut omnibus rebus eius seque- tur.

Testimonium non integrum penitentia Euangelista. §. 4. Euangelista Propheta testimonium non integrum protulit, sed quantum ad institutum erat necessarium. Propheta granissimam affectionem significat, & solitarius, ut solet, adiungit, Euangelista alleliatam, & agrauatam esse terram non dicit, sed terram dimeras et nominas; quia de illa priore aegrauatione,

duntaxat nominat; quia de illa priore aggriuatione,
atque alleluatione non attingebat eum loqui, qui de
magnâ luce quæ illis effulgit dicebat instituerat. Itaque
omissis illis quæ sibi necessaria non putauit, alia lo-
lum posuit. Quâ quidem in re nulla est repugnantia;
Omittere enim aliquid eorum quæ alter dixit, cuius
sententiam refers, non est illi repugnare. Visitissi-
mum namque est, summas atque *præcipuas* partes a-
lienorum verborum instituto accommodatas reci-
tare, cum testimonia pecuntur, non integrus textus
adferre.

ad Christum
Prophetia
pertinet.
8. Non possunt ad liberationem Babyloniam
referre Iudei, neque cum qua facta est a Sennacherib.
Ratio enim præcedentium & consequentium mani-
festissime declarat, ad Messiam pertinere Prophetiam.
Iugum enim onus eius, & virginem humeri eius, & scorpium
exactoris eius non supererauit, sicut in the Madiam, ut dicitur v.
4. Nam sub Perfumis, deinde sub Graecorum regibus,
minime liberi, sed multis modis afflicti fucrunt. Ety.
6. Causam tot bonorum adducit: Paruulus enim natus
est nobis, cuius imperium super humerum eius, et si enim par-
vus, tortus tamen orbis imperium secum fert. Quin
paruulus ille Pater est futuri seculi, quia caput Ecclesie
triumphantis, ipse aeternus, & beata eternitate o-
mnes amicos munerans. & vers. 7. Multiplicabitur im-
perium eius, & pacis non erit finis, super solium David, & su-
per regnum eius sedebit; ut confirmet illud, & corroboret in
iudicio, & iustitia, amodo, & utique in sempiternum. De lu-
ce igitur illa agitur, quam in ulti Christus orbis, qua
firmatum est imperium Davidis in sempiternum, quæ
omnia non nisi de Messia dici posse Iudei fatentur i-
psimet, & textus demonstrat.

VERSUS 18.

Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilæa, vidit duos fratres; Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, (erant enim pescatores:) & ait illis; Venite, post me, & faciam nos fieri pescatores hominum.

QVÆSTIO I.

Quomodo de vocatione Apostolorum consentiant
tres Euangeliste?

5. i. **M**atthai narratio est brevior, & sine circumstantiis, non di creprans à cæteris, vocatos enim reliquias retibus secutos, ait. At quæ apud Lucam sunt 5. 10. & Ioan. 1. 40. plus diueritatis habere videatur. Lucas namque Petrum & Ioaninem, & Iacobum post plicium capturam secutos ait. At Ioannes Andream

Qua opera Christi, & eorum effectus?
1. **O**pinionē seu famam δέξαν ait emanasse per Gloriam Christi
totam Syriam, in qua Palæstina, Idumaea, Iustitiae sparsa
Syrophœnicia, Syria Damascena, Antiochena, Syria, gitur.
Cœa, pars Arabie, totaq; regiones fertilioris Alix: Nam ab Oriente terminum Euphratē; ab Meridie Ägyptum & mare rubrum; ab Occidente mare mediterraneum; ab Äquilone Ciliciam habet. Magna in celebitate Christum fuisse ostendit, ut simul doceat, neminem ex improbis excusatū, qui tanta miracula videbatur, & quam altè peccatis sepulti iacerent, qui tanta misericordia non exciperentur.

§. 2. Inter eos quos sanitati dona sunt variis, ut con- *Sanitates*
tent omnem humanam facultatem excedere, omnem *miraculosa*,
medicina opem, tam subitam omniū malorum persa-
nationē. Primo n. sunt *noctis iugantes* πονηροί νοσοί, q
uoilibet morbis indicat; deinde *βασιλεὺς* quod acu-
os, & crudeles significat, q Erasmus non recte torni-
a interpretrat illud n. *vitare* nomen genere morbi, q

Terzo loco sunt *duorum* *grecorum*, q[uod] nonnulli pessime *Energumeni* erunt, futilos, q[uod] significet eos quos demōnūs ob siderit, *nipharmacos* ē *εργάτης* *φύλαξ* vocant scriptores Ecclesiasticū: quorū *cis sanari* *gēs* in cœca gētilitate numerū inueniebat. Beza recte *nonnulli*

culpat eos, qui furiosos seu *paucarios* appellant, ne quispiam poterit non esse aliud Diabolum, quam *paucarios* aut humorum intemperiem, quæ Pharmacis sanare queat. Magno tamen & ille in errore est, ait enim: Veteres vocarunt *exopoplos*: qui tamen Christo nomen derabant, & inter Catechumenos censabantur: quibus in integris restituendis adhibebantur quos exorcistas vocabant, certis ad iurationibus adhibebitis, quia iam olim magno errore, sicut & alii non pauca soles adulis conuenientia, in formulam baptismi puerorum irrevererunt.

Primus errore est solos catechumenos, quos dēmon obsidebat, sanatos; omnium enim incolumenti etiam infidelium studebant exorcistæ, Hilarion ē camel dāmonem expulit, notissimo illo vīsus dicto, *In camelo, & vulpecula idem ē.* Tertull. in Apologitico, cap. 43. *Quantos habetis, non dico, qui iam de vobis dāmonia excutiant, non dico, qui iam pro vobis quoq; vero Deo preces steruant; & c. 27. à Christianis subigi ait dāmones. Exempli probat lib. ad Scapulam c. 4.*

Verum constat passim dæmones Christianos timuisse, fugisse: ita ut frequenter obiiciant Christianos Ethnicis sua operâ ipsos à dæmonibus liberari.

Exorcismus Alter error Bezae est, exorcismi locum non esse in baptismo, b^oaptismo parvulorum, cui cum priscis partibus, & non probatur. Ita Catholica Ecclesia restituit etiam Lutherani. Sed enim omnes non dum Christo per baptismum insiti sunt obnoxii Diabolo, ad infantes etiam periret liberatio, ad quos pertinet captiuus. Vniuerso sorbe vetus Ecclesia exorcismum in baptismo usurpauit. Gen. nad. de Eccles. dogmat. c. 30. Illud etiam quod circa baptizandos in vniuerso mundo sancta Ecclesia vniiformiter agi non otioso contempletur intuitu: cum siue parvuli siue iuuenes ad regenerationem veniunt sacramentum, non prius somente vita aedant, quam exorcismus & exsufflationibus clericorum ab eis Spiritus immundus abigitur; ut tunc vere appareat quoniam principes huius mundi mittantur foras, & quo modo prius alligerant fortes.

Testis est etiam Cyrill. Catech. mystag 2. Nazianz.
de baptismo. Amb. de sacram. lib. i. c. 5. Chryl. hom. de
Adam & Eva. Aug. lib. 2. c. 4. de peccato originali. O-
pratus 1. 4. Insigne præter quid testimonium est Cypr.
Epist. ad Magnum quæ est 76. *Quod hodie etiam geritur
ut per exorcismi vocem humanam & potestate diuinam flagelletur
& vratur, & torqueatur Diabolus: & cum exire se & homi-
nes Dei dimittere sepe dicat, in eo tamen quod dixerit fallat &
id quod per Pharaonem prius gestum est, eodem mendacio
satisfactionis & fraudu exerceat. Cum tamen ad aquam salutis
rem, atque ad Baptismi sanctificationem venitur, scire debemus
& fidere, quia illi Diabolus opprimitur, & homo Deo dicatur
duum in indulgentia liberatur.*

De exorcismo Alcuinus, ut & alii de tribus scripsit. Graecorum exorcis: no: um forma habetur apud Severum Patriarcham Alexandrium. Tertullianus lib: de prescript: aduersus haereticos, cap: 14. Grauitate reprehendit mulieres apud haereticos, quod tam processerint, ut audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes reprimere, forsitan & tingere.

§. 3. Hinc exercebatur in Ecclesia eorum officium
est; qui dæmonem adiurabant, & corporibus exigebant:
meminit exortissimi suo tempore Epist. 2. ad Donatum Cyprianus. *Inimicos & erratici spiritus, qui se
expagnando hominibus inimicisserint, ad confessionem minime
inrepanibus cogere; ut recedant, duris verbis uirgescere; con-
ficiantes, ei lentes gententes; incremento pena propagantur
extendere, flagrū cedere, ignem irrire. Res illae geruntur, nec vide-
tur. Occulta plaga & pena manus sua. Hæc S. Cyprianus
dixit quæcumque visitata, atq; in omnium oculis omnino
nec modo Christianos, sed infidles quoque libera-
bant.*

Et ad De netrianum. O si audire eos velles & videre quando a nobis adiurantur, & torquentur spiritibus flagri-

& verborum tormentis de obsecris corporibus eiulantur, quando eiulantes & gementes voce humana, & potestate diuinæ flagella & verbera sentientes venturum iudicium confitentur, &c.

Si de Christianis solis ageretur, merito reponeret Demetrianus persecutor impius in illis ex composito ista fieri, at in suis quoque eadem Christianorum benefic' a' experientur. Hac de virtute seu dono eorum, qui d'mones pei' bant.

protes singul i mentionem faciunt, Gentilibus insul-
tant, nec modo $\tau\alpha\omega$ martyrum, sed posterioribus et
iam temporibus. Hieronymus, Augustinus, aliis refe-
runt, nostro tempore plurimi viderunt; ita ut vel hac
sola re sint inexcusabiles, qui cum in Catholica Eccle-
sia constanter eam potestatem manere priorum testi-
monio, præsentium experientia dicerent, in alias ta-
men se etasabeant, quæ ne falso quidem presumere,
aut iactare audent aliquid in dæmones imperium.
Verum de hoc genere adscribere liber, quæ dochil-
mus Pamphilus in Cypriani Epistolam 76. annotat.
Vetusissimum vero esse Exorcizandi in Ecclesia morem, etiam
Ethnici testantur. Vlpianus enim Iureconsultus Alexandri Im-
perat. (tefla Lampridio) consiliarius & scribny magister, ss. de
Var. & extraord. cognit. libro. 1. §. Medicos si incantauit (in-
quit) vel imprecatus est, vel ut vulgari verbo imposterum virat
si exorcizat, non sunt ista medicina genera. Sic enim relit
legit Remundus Rufus lib. sep. citato pro eo quid vulgo legitur:
In posterum. Impostores enim Christianos vocabant, unde &
eodem respxissi videtur in Nerone Suetonius Adriani Imperat.
Epistolarum magister, dum Christianos vocat genus hominum
superstitionis nouæ & maleficia. Neq; vero exorcismi duxat
vix suis ad expulsonem dæmonum, in iis quos Energumenos
vocabant, verum & in baptismo. Ad quem haud dubie alludit
dicta 2. Epistola auctor noster. Frequentissime eiusdem meminit
D. Augustinus lib. 2. de gratia Dei & pecc. Orig. c. 45. ad lib.
2. de nupt. & concupis. c. 29. antiquissimam Ecclesia traditionem
duit. D. etiam Chrysostom. de Adam & Eva, Opt. Mil-
leui. lib. 4. contra Parmen. D. Nazianz. Orat. de baptismo. ac
D. Dionysius, Areopag. Eccles. Hier. c. 1. dum exstiftatione in
dæmonem meminit, que in exorcismis exerceris solet. Imo & ab
Apostolis vistata exorcismos & a Christo ipso, manifestum fit.
Act. 19. & Marc. 5. hic enim legitur: ὅποι οἱ τοτε θεοί, illie
νεροὶ ἦσαν καὶ πάντες τοῦτον ἦν Πατέρα & κυριον. Quod voce
Scripturis vistata veritatem interpres. Adiuro te & adiuramus vos
quam & in Lituo alicubi vistata hac significazione volunt
quidam. Potestatem quoque euicendi dæmonia dixerat verbis A-
postolis suis Christianis tribuit. Matth. 10. & Luc. 10. Marc. 16.
Eodem Act. 1. Iudeorum Exorcistarum fit mentio, de quibus etiam
in illud Matth. 22. Filij vestri in quo euicunt, interpretatur
D. Hieron. in Comment. ab illis igitur ad Christianos transla-
tam est & nomen & ministerium. Nam Salomonem inuenisse
modos coniurationum quibus effugantur dæmones, testis est Ioseph. lib. 8. Antiquit. & Rabanus Maurus c. 10. lib. 1. de Institu-
tio Cleric. ubi & formam ordinationis canderem quia hodie viti-
mar adserit ex Concil. Carthag. 4. Canon. 7.

§. 5. Exorcismus infantum à Calvinistis omnino Exorcismus
rejicitur, à Lutheranis retinetur. Crellius Saxonis Ele- probant
ctoris Consiliarius, multos prædicantes persecutus est, therani
& Patiā expulit, quod Exorcismum dimittere recu- dannant
farent; at Nicolaus Plumius in fucibri oratione quā Calvini
posteius supplicium habuit, refert, se suoq; in carcere
illi

Huius dixisse: Non posse eam ceremoniam omitti bona conscientia, eos potro, qui omittunt, facere sele omnium abominationum reos. Atque eo loco quin-

que rationes adferunt, cur retinendus sit Exorcismus. Vide ista Crelliana, & concionem funebrem.

C A P V T V.

VIDE N autem Iesu turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. 2. & aperies os suum docebat eos, dicens. 3. Beati pauperes Spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum. 4. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. 5. Beati qui lugent: quo-
niam ipsi consolabuntur. 6. Beati qui esuriunt, & sitiunt in sitiis: quoniam ipsi saturabuntur. 7. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consenserunt. 8. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. 9. Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur. 10. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum caelorum. 11. Beati celsi, cum maledixerint vobis, & persecutio-
nes vobis videbunt. 12. Beati qui vestra copiosa est in caelis: sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos. 13. Vos estis sal terrena. Quod si sal evanescerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi in mittatur foras, & conculetur ab hominibus. 14. Vos estis lux mundi. Non potest cinctas abscondi, supra montem posita. 15. Regne accendent lucernam, & ponunt eam sub medio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. 16. Sicut la-
ceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum, qui in caelis est. 17. Nolite putare, quoniam veni soluere legem, aut prophetas, non veni soluere, sed adimplere. 18. Amen. quippe dico vobis, donec transeat celum & terra, iota unum, aut unus apex non praterbit a lege, donec omnia fiant. 19. Qui ergo soluerit unam de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum, qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum. 20. Dico enim vobis, quia nisi abundaverit iustitia vestra plus quam Scribarum, & Phariseorum, non intrabitis in regnum caelorum. 21. Auditis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. 22. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehenna ignis. 23. Si ergo offeris munus tuum ad altare, & ibi re-
cordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te. 24. Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. 25. Esto consentiens aduersario tuo cito dū es in via cum eo: ne forte tradat te aduersarius iudicii, & index tradat te ministro, & in carcere mittaris. 26. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem. 27. Auditis quia dictum est antiquis: Non machaberis. 28. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscentiam eam, iam machatus est eam in corde suo. 29. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te: erue eum, & proice abs te: ex-
pedi enim tibi ut pereat unus membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. 30. Ne si dextra manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unus mem-
brorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam. 31. Dictum est autem: Quicunq; dimiserit uxori-
rem suam, det ei libellum repudii. 32. Ego autem dico vobis: Quia omnis qui dimisit uxorem suam excepta fornicationis causa, facit eam mactari, & qui dimisitam duxerit, adulterat. 33. Iterum auditis quia dictum est antiquis. Non periurabis, reddes autem Domino iuramenta tua. 34. Ego autem dico vobis, non iurare o-
mnino, neq; per celum, quia thronus Dei est. 35. neq; per terram, quia scabellum est pedum eius, neq; per Iero-
solymam, qui cinctus est magni regis. 36. neq; per caput tuum iuraveris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. 37. Sit autem sermo vester, est, est, non, non, quod autem his abundantius est, a malo est. 38. Luc. 6. d. 29. Auditis quia dictum est. Oculum pro oculo, & dentem pro dente. 39. Ego autem dico vobis, non resistere ma-
lo, sed si quis te percutierit in dexteram maxillam tuam, proibe illi & alteram. 40. & ei, qui vult tecum iudi-
cio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. 41. & quicunq; te angariauerit mille passus, 7. vade cum illo & alia duo. 42. Qui petit a te, da ei, & volenti mutuari a te, ne auerteris. 43. Auditis quia dictum est; Diliges proximum tuum. & odio habebis inimicum tuum. 44. Ego autem dico vobis, Diligitte inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persecutib; & calumniantib; vos. 45. Ut sitis filii patris vestri, qui in caelis est; qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & ini-
stos. 46. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? 47. Etsi salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius faciatis? nonne & ethnici hoc faciunt? ergo vos perfecti, sicut & pater celestis perfectus est.

IN C A P V T Q V I N T V M

A R G V M E N T V M.

EVS C H R I S T V S in montem consendens optimis credendi viuendique Concio preceptis discipulos imbuuit. Quā in revitā Leata consistat, initio exponit. Deinde Christi vita officii omnes admonet, legisq; perfectam obseruationem cunctis commendat. Christiana Lectiones duas signatas Syriacus textus habet. Primo Apostolorum & Patrum, in illorum enim memoriis legebantur omnia vñq; ad versum 21. Inde vñq; ad finem Matutinis tertia feria septimanæ, quæ ieiunium præcedit.

Q V A E S T I O